Johannes Permissione Divinâ London Episcopus —
Dilecto Nobis in Christo Jacobo Henderson Clerico in Artibus
Magistro, Salutem in Domino Ad inquirendum et inquiri
faciendum procedend et Cognoscend de et super quibuscunque
Criminibus Excessibus et Delictis tam Clericorum quam Laicorum
Quorum Punitio et Correctio ad Nos et Forum Nostrum —
Ecclesiasticum Spectare Dignoscitur & pertinere Commissis et
perpetratis infra eam Partem Provinciæ de Maryland —
(Nræ Jurisdictionis in America Sitam) quæ latus Sinus de Chesa-Peak
Spectat Occidentale, et quoscunque Criminosos Sive Delinquentes
per Censuras Ecclesiasticas & alia legitima Juris Ecclesiastici Remedia
debite Corrigend reformand et puniend, Tibi Cujus Scientiæ —
Circumspectioni & Industriæ plurimum Confidimus, Vices Nostras
tenore præsentium Authoritate quâ fungimur cum Cujuslibet —
Coercionis Ecclesiasticæ & Congruæ Potestate Committimus Proviso —
Semper quod in Correctione Ministrorum Si forte delicti Meritum
Deprivationem vel Depositionem a Sacris Ordinibus ex Decreto
Juris Exigat Causam Omnem per processus aliasque vias & modos
legitimos et usitatos ducentem tibi Expedire, ubi vero Causæ —
Maturitas Sententiam postulaverit Prolationem ejusdem
Nobis Nostrisve Successoribus duntaxat reservari volumus —
& reservamus Teque Commissarium Nostrum in & per Loca
præmissa durante Beneplacito Nro tantummodo facimus &
Constituimus per præsentes, et Concedimus Tibi Potestatem Omnia
& Singula faciendi Circa præmissa quæ de Jure vel Consuetudine
fieri possint aut Debeant Censuras Ecclesiasticas pro Facti
Qualitate infligendo remittendoque unâ Cum Potestate —

(Surrogatum)